

Programma Quo Decanus & Professores Facultatis Philosophicae Ad Exequias Magnifici Universitatis Rectoris ... Dn. M. Stephani Hein, Ebr. Ling. Professoris publici, Senioris Philosoph. Facult. venerandi. Quas Vidua moestissima cum aliis cognatis ac amicis hodie in Templo Jacobaeo ... Omnes Academiae Cives peramanter invitant : [P.P. Sub sigillo Decanatus die 7. Iunii Anno M.DC.XLIII.]

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516586>


Druck Freier  Zugang




In S. Hein.

Rost. 1643.

23





PROGRAMMA
^{Quo}
DECANUS

Professores Facultatis Phi-
losophicæ

AD EXEQUIAS

MAGNIFICI UNIVERSITATIS RECTORIS.
VIRI CLARISSIMI, EXCELLENTISSIMI

DN. M. STEPHANI HEIN,


Ebr. Ling. Professoris publici, Se-
nioris Philosoph. Facult. venerandi.

QUAS

*Vidua mœstissima cum aliis cognatis ac amicis hodie
ad Jacobæo ad horam primam paratas cupit*



Omnes Academiae Cives peraman-
ter invitant.




ROSTOCHII,

Ex Officina NICOLAI KILII, Acad. Typog.

Anno M. DC. XLIII.

174



Viserunt hacte-

nus lumina Facultatis nostræ gratiosissima Clarissimus DN. M. PETRUS SASSIUS, Logicæ Professor. Clarissimus DN. M. GEORGIUS DASENIUS Matheseos Professor, ambo Facult. nostræ Seniores gravissimi; Sed lucere pro dolor! per mortem desierunt. Jam tertium non minoris splendoris sydus, (MAGNIFICUS UNIVERSITATIS RECTOR, D. M. STEPHANUS HEIN, Ebr. ling. Professor, ac tertius Facult. Philosoph. Senior devenerandus) disparuit; & in invidiosas tenebras conversum secessionem ab oculis & conversatione nostrâ fecit, salutare hucusq; & beneficum Academiae nostræ. Cum marinum sydus disparet id ominosum judicant naviculatores, & atrocis mox venturæ tempestatis indicium haud fallax. Sic dum talibus luminibus orbatur facultas nostras; ô avertat â naviculâ ejus, quam duo saltim gubernant,

nant, lævosimbres, inianos nuctus, larentes ven-
torum turbines, is, qui maris & terræ potentissi-
mus cluet arbiter & moderator. Sed postquam
sic statuere Fata aspera, postquam non datur ul-
terius ejus Magnificâ præsentia frui, saltim Ge-
nealogiam, Vitam & Mortem illius gratâ & obse-
quiosâ mente veneremur. Et postmodum justa
persolvamus laudatissimo denato **MAGNIFICO**,
Facult. Phil, Seniori, ejusq; immortalî recordati-
oni dicemus supremum observantiæ monumen-
tum. Quod concernit progenitorum denati
MAGNIFICI seriem; natus est Rostochij Anno
1590. circa Festum Johan. Bapt. honestissimis &
eximiis Parentibus. Pater ei fuit **FRIDERICUS**
HEIN, JC. Consul & Syndicus hujus Civitatis, ac
Universit. nostræ per multorum annorum spati-
um Professor. Mater **ANNA DOBBINS** sœminei se-
xus decus. Avus Paternus ei fuit **JACOBUS HEIN**,
Consul Neobrandeburgensis. Avia paterna **E-**
LISABETHA BARNEFURS. Avus maternus ei fuit. **DN.**
ALBERTUS DOBBIN, Senator hujus Urbis prima-
rius. Avia materna **MARGARETHA WEDIGE.** His-
ce radicibus inclutum hoc germen adscribit pri-
mordia Ortus sui; quorum tamen claritudini
non acquievit denatus noster **MAGNIFICUS**,
sed eam, quam â proavis acceperat eminentiam,

auxit, & propriis virtutibus reddidit illustriorem. Nam ad adultiores deveniens annos, ad celeberrimum Musarum tunc sacrarium Academiam, Giessensem Anno 1613 sese contulit, sedulamq; ibi operam literis sub magni nominis Theologis, *Dn. D. Mentzero & D. Winkelmanno* publicè & privatim impendit. Revocatus ad suos ob necessarias quasdam rationes, ac denuò ipso Jubilæi Lutherani Anno 1617. ad eandem Academiam se recepit, ibique biennium in intimâ *Dn. D. Justi Fwerbournii* amicitia, mensâ & hospitio vixit. Examen vero Confessionis Orthodoxæ ut habet inscriptio de persona & officio Christi, adversus *Johannem Combachium*, tum temporis Academiae Marpurgensis Professore, nunc Gymnasii Bremensis Rectorem, sub Præsidio *Dn. D. Fwerbournii* institutum, aprico sole clarius monstrat, quanto cursu ac impetu, ad laudem virtutis atque eruditionis contenderit. Cum animus ejus præstantissimus summâq; doctrinâ excultus ægrum adeptus esset hospitium, corpus nempe infirmum ac imbecille, neq; Theologici studii muneribus ac oneribus subeundis par, totus se Ebrææ linguæ devovit, magno illo informatore ac linguarum Orientalium Doctore *Dn. Buxtorfio* Academ. Basiliensis Professore, per

per aliquot tempus usus, tamq̄; eximios in Ebreâ
linguâ progressus testimonio honestissimo ipsius
BUXTORFII, ad DN. D. JOHANNEM TARNO-
VIUM scribentis consecutus; ut postmodum Il-
lustrissimus ac Reverendissimus Princeps noster
ADOLPHUS FRIDERICUS, &c. Dominus nos-
ter clementissimus, publicam ei professionem
Ebr: linguæ, velut præclarissimorum studiorum
Doctrinæq; præmium obtulerit. Quam ille per
multos annos non absq; Academia ornamento,
Juventutis studiosæ emolumento, ac publicæ
laudis præconio exornavit; & exornasset diuti-
us, nisi ultimis annis major ac fermè continua
infirmetas, de quâ toties cum gemitu conquestus
fuit, impedivisset. Adsumsit sibi Anno 1622. vi-
tæ connubialis sociam DN. CONRADI FORSTE-
NOVII senatoris (quondam ex Antiquâ FOR-
STENOVIORUM prosapiâ Hervordix in West-
phaliâ adhuc florente) venerandi filiam MAR-
GARITAM FORSTENS, omnifariis animi, corpo-
ris, fortunæ ornamentis excellenter dotatam,
ipsumq; postmodum unicâ saltem scæminei sex-
us prole ANNA nomine exhilarantem, quam
crudelis mors è rebus mortalium post aliquot
menses exemit; non secus ac lascivâ viatoris
prætereuntis manu immatura poma carpi so-
lent

lent. Per viginti & unum annos diesq; totidem,
summa fuit inter ipsum & hanc lectissimam fœ-
minam, hodie mœstissimam viduam consuetu-
do, quàm inter conjuges unquam esse potest;
sed jam hoc anno implacabilis mors divortium
fecit inter tam charas animas; Virum piissimum,
candidissimum, sustulit è vitâ caducâ, & conjugi
dilectissimæ de latere avulsit *anima dimidium sua*.
In cujus spaciosum prædicandarum virtutum æ-
quor, nolo me profundius immittere, neq; scri-
bendo ulteriorem moram concinnare. Brevibus
rem absolvo. Summæ pietatis, fidei, candoris,
humanitatis, modestiæ Virum, pacis & concor-
diæ amantem, nemini injurium fuisse omnes te-
stamur; cultui divini Numinis sedulo & seriò
deditum, cui DEUM vereri & venerari fuit,
ingens voluntas & voluptas, omnes affirmamus.
Cui tandem 14. Aprilis in *Magnificum Rectorem*
â Reverendo Concilio electo, & multis variisq;
morbis in vitâ conflictato, asthma scorbuticum
repentinum, ac præter omnium spem, placidissi-
mum vitæ finem 2. Junij circâ horam tertiam
pomeridianam, intulit. Quem sibi ipse ante o-
bitum multoties prædixit, seq; aliquoties coram
me Magnificè sepeliendum esse asseruit. Cujus
prædictionis eventum manifestissimum merito
deplo-

deploraremus, nisi certò sciremus, vivere ipsum
incoeppisse ad clepsydram æternitatis, inter beatif-
simas illas mentes, terramq; hanc omnis vanita-
tis, miseriarum, inquietudinis abyssum contem-
nere; dum nos interea percussi iniquo flagello
gravissimorum factorum, in hâc lubrica vitâ in-
gemiscimus. O sapientissime & clementissime
omnium rerum moderator miserere nostri. Vo-
bis jam Cives Academiæ, qui vivum M A G N I F I-
CUM cultu & amore profecuti estis, eum & vitâ
mortali egressum sine supremo honore trans-
mittere religio sit. Imitemini conatus Populi
Romani spectatos in exequiis *Pauli Emilij*, viri
incomparabilis; quæ non erant aurum, non e-
bur. aut marmor, non reliquus splendor aut ni-
tor apparatus; sed benevolentia, honos, studi-
um, quò quisq; Principis funus decorare nite-
batur. Corpus ejus diversorium olim piissimæ
ac Eruditissimæ animæ sepulchrò Philosophicæ
Facult. in Æede Jacobæâ ossibus Professorum sa-
cratò recondendum, frequentes comitemini.
Non denegabitis ultimum hunc honorem (cre-
dimus) Capiti vestro, Collegæ nostro, seniori P.F.
optimè merito. Exstimulat Vos ad id lubenter
præstandum, Amplissima familia HEINIANA.
Rogat cû lachrymis in profundû mœroris reda-
cta


Et a Vidua. Obsecrant afflicti cognati ac amici,
Imperat commune ac ineluctabile necessitatis
telum, quô urgente, (solus verò DEUS novit,
quando? ubi? & quomodo?) denatum MA-
GNIFICUM sequemur. Nos verò Vos ami-
cissimè invitamus. P. P. Sub sigillo

Decanatus die 7. Junij An-
no M. DC. XLIII.

*Conventus fiet in templo Jacobaeo
ad horam primam.*



deploraremus, nisi certò sciremu
incœpisse ad clepsydram æternita
simas illas mentes, terramq; har
tis, miseriarum, inquietudinis al
nere; dum nos interea percussi
gravissimorum fatorum, in hâc
gemiscimus. O sapientissime &
omnium rerum moderator miser
bis jam Cives Academiæ, qui viv
cum cultu & amore prosecuti ei
mortali egressum sine supremo
mittere religio sit. Imitemini
Romani spectatos in exequiis P
incomparabilis; quæ non erant
bur. aut marmor, non reliquis
tor apparatus; sed benevolentia
um, quò quisq; Principis funu
batur. Corpus ejus diversorium
ac Eruditissimæ animæ sepulch
Facult. in Æede Jacobæâ ossibus
cratò recondendum, frequent
Non denegabitis ultimum hunc
dimus) Capiti vestro, Collegæ no
optimè merito. Exstimulat Vos
præstandum, Amplissima famil
Rogat cū lachrymis in profund



the scale towards document

ipsum
beatif-
anita-
ntem-
agello
itâ in-
sime
Vo-
NIFI-
& vitâ
trans-
opuli
, viri
on e-
ut ni-
studi-
nite-
ssimæ
phicæ
um sa-
mini.
(cre-
ri P.F.
nter-
ANA.
reda-
cta